Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



plene fluunt decore. Magnificat et dominus quo habitat
uit in eccl sd ipse fecit syon iudicio et iustitia.
et erit fides in tempori tuo. divitiae salutis sapientia
et scientia timor domini ipse thesaurus eius. Ecce videntes
clamabunt foris angeli pacis amare flebunt. Dissipate sunt uie cessaverunt transeuntes per semitas ir
ritum fecerunt pactum. Proiecit ciuitates infirmatum
homines. Luxit et languit terra. Confusus est libanus et
obstupuit et factus est saron sicut desertum et concussus
est basan et carmelus. Nunc exsurgam dicit dominus nunc
exaltabor nunc sublimabor. Concipietis ardorem pa
rietis stipulam spiritus vestrus ut ignis uorabit uos.
Et erunt populi quasi incendio cinis spinae succisae igni
ardebunt. Audite qui longe estis quid
fecerim et agnoscite uicini fortitudinem meam.
Pertimuerunt in sion peccatores possedit tremor hypocritas.
Quis poterit duobus habitare cum igne devo
rante. Quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis.
Qui ambulat iustitias et loquitur iustitiam qui proiicit a
uaritiam excutiens manus suas.
ab omni munere. Qui obdurat aures suas ne au
diat sanguinem et claudit oculos suos ne uide
at malum. iste in excelsis habitabit munimenta sa
xorum sublimitas eius. Panis eius datus est. aqua eius fide
lis est. Regem in decore suo uidebit et oculi eius con
templetur terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem
Vbi est frater? Vbi est legis iuba pondans? Vbi
est doctor paruulorum? Ne timeas in dente nos uide
bis populum alti sermonis ita ut non possis intel
ligere discretiorem linguae eius incomprehensibilem. Respice syon sollempnitatem ciuitatis
nostre oculi tui uidebunt hierusalem ciuitatem opulentam.
tabernaculum quod non potest transferri nec
auferentur clauus eius in sempiternum. et funes eius non
rumpentur quia solum ibi magnificus dominus
noster. Locus fluuiorum rium altissimi et paten
tes non ibunt per eum naues remigum nec t
ransibit eum magna transitatis. Dominus iudex
noster. dominus legifer noster. dominus rex noster ipse uenietur et sal
uabit nos. Laxati sunt funiculi tui non potue
runt firmiter stare. sic erit malus tuus. ut dilatare no
stri non quas. Tunc diuidetur spolia predam multam
claudi diripient rapinam. nec uici
nus dicet. Languor. populus habitabit ibi.
auferetur a eo iniquitas.

XXXIIII

Accedite gentes audite et attendite
populi. Audiat terra et plenitudo eius orbis et omnes generationes eius quia indignatio
dominus super omnes gentes et furor super omnem multitudinem eorum
interfecit eos et dedit eos in occisionem. Interfecti
eorum proicientur et de cadaueribus eorum ascendet
fetor. Tabescent montes a sanguine eorum
et tabescet omnis milicia celorum. Complicabuntur
sicut liber celi et omnis milicia eorum defluet. sicut de
fluit folium de uinea et defluet quomodo ficus est
in celo gladius meus. Ecce super idumeam descendet
et super populum interfectionis meae ad iudicium. Gladius domini
replebitur sanguine inebriabitur adipe de sanguine
hyrcorum et agnorum de sanguine medullatorum
arietum. Victima enim domini in bosra et interfectio mag
na in terra edom et descendent unicornes cum eis et taurus
cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine et
humus eorum adipe pinguium. quia dies ultionis
domini est annus retributionis iudicii sion. Conuertentur torrentes eius in picem et humus eius in sulphur. Et erit
terra eius in picem ardentem nocte et die non extin
guetur in sempiternum. Ascendet fumus eius in generatio
ne et generationem et desolabitur in solitudinem non erit
transiens per eam. Possidebit eam onocrotalus et
ericius et ibis et corvus habitabit in ea. Extendet
super eam mensuram inuestigationis et pondus inanitatis.
et appendicem in desolationem. Nobiles eius non erunt
ibi. Regem non inuocabunt et omnes principes
eius in nihilum. Et orientur in domibus eius
spinae et urticae et pilorum in munimentis
eius. et erit cubile draconum et pa